DES. ERAS-
MI ROTERODAMI APOLOGIA

aduerſus articulos aliquot per monachos quoſdam in Hiſpanijs, exhibitos: ab autore recognita & aucta.

Item loca quædam in aliquot Eraſmi lucubrationibus per ipſum emendata.

Auctoris damnati, opus vero cum expurgatione permissum.

FRO BEN.

BASILEÆ M. D. XXIX.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO patri ac D. D. ALFONSO MANRRICO Archiepiſcopo Hiſpalenſi, ſummo de fidei negocijs apud Hiſpanos cognitori, Eraſmus Roterod. S. D.

EST PYLVS ANTE Pylum, ut habet ueteris comœdiæ iocus: at noua tragœdia quæ temporibus hiſce nimium feruet, aliud dictum ſuggerit, nimirum, eſt apologia ante apologiam, nec ullus apologiarum modus aut finis. Quum hic libellus apologeticus eſſet in lucem proditurus, ornatiſſime præſul, uidebam ilico ipſi Apologiæ triplici Apologia fore opus, una qua placarem tuam amplitudinem, altera qua doctis amicis ſatisfacerem, tertia qua mitigarem aduerſarios. Quãquam autem minime uel decebat offendiſſe præſulem, præter imaginum claritatem, & ampliſſimi muneris dignitatẽ, omni uirtutum genere præcellẽtem, uel tutum erat alienaſſe illius animum, à cuius nutu pendebit non ſolum cauſa mea, uerum etiam tot piorum & eruditorum hominum uota, quos hoc negocium aliquanto magis habere uidetur ſollicitos quàm me ipſum, tamẽ hic

REVERENDISSIMO IN CHRISTO patri, ac D. D. ALFONSO MANRRICO Archiepiſcopo Hiſpalenſi, ſummo apud Hiſpanos de fidei catholicæ negocijs cognitori, DES. ERASMVS ROTERODAMVS S. D.

PAVLVS APOſtolus, referente Luca, ſibi gratulatur, quod cauſam dicturus eſſet apud Agrippam regem, qui probe teneret ritus, conſtitutiones & quæſtiones Iudaicas de quibus tum agebatur. Nimirum cauſæ ſuæ confidens, nihil aliud optabat ille beatus, niſi iudicem intelligentem. Nam fauorẽ res ipſa debet impetrare, apud integrum & æquum cognitorem. Poteram quidem eodem nomine & mihi gratulari, præſulũ ornatiſsime, quod iſte tumultus in iudicem inciderit, non minus eruditione iudicioq; quàm uitæ ſynceritate ſpectatiſsimum, ſed magis hinc diſcrucior, quod tuæ pietati tot támq; grauibus curis occupatiſsimæ, huiuſmodi calumnijs exhibetur negocium. Nam de me fortaſsis leuis

ui unde ſacerdotes, &c. Hoc admiſſum eſt incuria typographorum, qui in ima pagina uerſum unum omiſerant.

EX EPISTOLA AD TITVM.

pag.320.uerſ.5, ob calumnioſos ita lege, carne ſuilla? Sed hæc curioſa tãtum. At quid prodeſt quærere, quur Iudæi, &c.

BASILEÆ PER HIERONYMVM FROBENIVM ET IOANNEM HERVAGIVM ET NICOLAVM EPISCOPIVM.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - SALAMANCA -

FRO BEN.